

teribus Romanis mos fuerit aliquid in mensa relinqueret,  
neque unquam lucernam aut lampades extingueret?  
Cujus moris inter alios haec etiam ratio afferetur: Eum  
condocefactio ad humanitatem inservisse. Nam neque nos  
bis est nutrimentum perdere, ubi affatim nos saturati sumus;  
neque fontem obturare aut occultare, quando aqua satis bibimus;  
neque signa navigationis itineris abolere, postquam usi sumus iis.  
Sed relinquenda ista sunt, ut aliis etiam post nos usui esse possint.  
Proinde indecorum etiam est, ab aliis, lumen lucerna,  
quando ejus usum porro nos non desideramus, extingueret; sed con-  
servandum relinquendumve est, si quis forte veniat, cui eo etiam-  
num ardente & splendente sit opus &c. Quo in loco mentio  
quoque fit signorum navigationis & itineris non abolendo-  
rum: qualem sunt statuae Mercuriales in via, Pharos, aut  
aliæ lucernæ majores in mari; sed relinquenda ista sunt,  
ut aliis etiam post nos peregrinaturis usui esse queant.

## VL

Amplius officiis his hominum communissimis, sive  
Rebus innoxiae utilitatis, annumerantur Modicæ stipes  
divitum in egenos collatae: nam & haec accipienti prosunt,  
præstantem non gravant. Item illa humanitas, qua pe-  
regrinos admittimus, ac viatores tecto hospitioq; nostro  
comiter excipimus. Ita jubemur apud Esaiam LIX. 7.  
egenos & vagos in domum nostram inducere. Imo cre-  
debant veteres pagani, *Hospites omnes a Jove esse*; Homer.  
Odyss. &c. barbarumq; & inhumanum, advenas hospitio  
prohibere ac repellere. Hinc ista Ilionei verba apud Virgil.  
V. Æn. v. 543:

*Quod genus hoc hominum? quæve hunc tam barbara morem  
permittit patria? Hospitio prohibemur arena?*

Hoc tamen officium jure naturali quod debeatur, requiri-  
tur, ut alteri honesta vel necessaria peregrinandi, & suæ  
de